



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Titvli Canonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

ANNO
 CHRISTI
 878.

ptem prouincias Galliarum, calcato termino patrum, spretoque sancitu canonice auctoritatis, de minori ad maiorem ambitus causa demigrant episcopalem cathedram. Quibus Canones Spiritus sancti gratia conditi concorditer contradicunt. Nos quoque eorum, quos veneranter imitamur atque complectimur, quorumque statutis consentimus, ecclesiarumque gubernationem tenemus, fulti virtute interdiciamus, & inharendo prohibemus, ne quisquam catholicorum taliter audeat amodo & deinceps agere. & si, vt non optamus, haecenus quidquam taliter actum est, digna poenitudine ecclesiastica corrigatur. Denique hac auctoritate apostolica virtute Dei nostri interdiciamus, vt episcopi ad pristinam sedem sine mora redeant, quia si tardauerint, continuo omni sacerdotali honore spoliabuntur: & laici redeant ad primum coniugium; sin autem, vinculo anathematis innodentur.

VI.

CANONES A IOANNE PAPA CONDITI
 & a Synodo Tricassina probati & recepti.

TITVLI CANONVM.

- | | |
|---|---|
| I. De honore quem episcopis debent
saeculi potestates. | tionibus adiuuent. |
| II. Vt ecclesiarum possessiones ab
episcopis non petant quibus non
licet. | V. Vt a propriis episcopis excom-
municati non suscipiantur ab
aliis. |
| III. Vt capitula Rauenna statuta
obseruentur. | VI. Vt liberum alterius hominem
contra leges nemo recolligat. |
| IV. Vt episcopi mutuo se in vexa- | VII. Occulta fratrum accusatio-
nes interdictae. |

I.

VT episcopi cum omni reuerentia a cunctis mundi potestatibus debite honorentur, atque coram eis sedere nullatenus audeant, nisi illis praecipientibus. & res ecclesiasticae a laicis & popularibus praeter praesulum eorum conscientiam nullomodo contingantur. Quod si post hanc nostram definitionem quis tentauerit, prius commu-